

DISSERTATIO  
DE  
RATIONE VIVENDI  
SCHOLÆ ITALICÆ.

---

CUJUS PARTIC. I,  
CONSENSU AMPLISS. FACULT. PHILOS. ABOËNSIS,

PRÆSIDE

*Docr. ANDREA JOH. LAGO,*  
*Philosophiae Pract. Prof. P. & O., Imp. Ord. de S:to Wolo-*  
*dimiro in IV Cl. Equ.,*

PRO SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS,

PUBLICO EXAMINI MODESTE SUBJICIT

*DANIEL LINDH,*  
*Stip. Publ., Wiburg.*

In Auditorio Philos., die XXXI Maji MDCCCXXIII,  
h. a. m. s.

---

A B O Æ , typis Frenckelliorum.

## THESES.

1.

Præclarus omnino est Symboli Pythagorici: *ollæ vestigium in einere confundito*, interprete PLUTARCHO (Symp. VIII, 7), sensus: *nullam relinqui debere iræ vestigium, sed offensarum memoriam omnem esse oblivione conteredam*.

2.

Explanationes Symboli Pythagorici: *sub eodem teclō hirundines ne habeto*, PORPHYRII HIERONYMIQUE, garrulos homines & verbosos sub eodem teclō non habendos, & PLUTARCHI (l. c.): *poni hirundinem ut exemplar inconstantie ingratitudinisque, atque monere allatis PYTHAGORAM*, ut ne eos, qui temporis gratia se ad nos applicent, nobisque semet studeant insinuare, admodum familiares nobis reddamus, cumque ius intima communicemus, inter semet conferentes, utri palma tribuenda sit, dubii, hanc tamen probabiliorem censemus, vitae normam, cuivis observandam, judicantes.

3.

Variarum Symboli Pythagorici: *stragula esse colliganda explicationum veræ proximam esse*, quam SULLÆ attribuit (l. c.) PLUTARCHUS, a juvene observandi seneque: *noctu dormiendum, interdiu agendum, & ne vestigium quidem corporis in lecto esse relinquendum: nullus enim, scite addit, usus est viri dormientis, ut neque mortui*.

4.

Symbolum Pythagoricum, a JAMBЛИCHO (Protr. XXI) sub № V allatum: *Publicas vias declinans, per semitas ingreditur, contrario sensu solus citat DIOG. LAERT. (Lib. VIII)*. Cujus itaque lectionem, auctoritate nixi PORPHYRII, ATHENÆI, PHILONIS Jud., ÆLIANI, CLEMENTIS Alex. & HIERONYMI, rejicimus.

5.

Cujus sensum ænigmatis bene reddit HIERONYMUS, cum JAMBЛИCHO consentiens: *ne multorum sequaris errorem. Affine vero huic præceptam MATTH. VII, 15 occurrens esse, facile perspicitur*.

6.

Præclarum est, quod Principibus Crotonæ tradit præceptum PYTHAGORAS, patriam, ipsis concreditam, depositi instar ab ipsis esse habendam, atque ita administrandam, ut ipsorum fidei seris nepotibus exstet documentum. Id vero fieri, si nulla alia re civibus magis antecellant, quam justitia.

Τούτο τῆς Πυθαγορικῆς ἀγωγῆς το περας, ὅλους  
δι' ὅλων ὑποπτερούς γενεσθαι προς την τῶν Θεων  
ἀγαθῶν μεταληψίν, οὐ στὸν ὁ τὸν Θανάτου καὶ φρόντισμα  
ἐνστῇ, καταλιπούτες ἐπι γῆς το θυητον σῶμα καὶ  
την τεττα φυσιν ἀποδιπλαμενοι, προς την δρανιον  
πορειαν ὡσιν ἐνζωνοι οἱ τῶν φιλοσοφιας ἀγωνων  
ἀθληται. Τοτε γαρ καὶ την ἀρχαῖαν ἀντίσις ἀπο-  
διδοσθαι στασιν, καὶ θεοποιεῖσθαι, οσον οῖον τε ἀν-  
θρωποις θεος γενεσθαι.

HIEROCLES.

**P**hilosophia Italica ab Italia regione nomen habet;  
non quod heic loci, vel ab homine Italo sit  
inventa, sed quod auctor ejus *Crotonæ*, quæ oppi-  
dum fuit Brutiorum, seu Magnæ Græciæ (a colo-  
nis Græcis ita appellatæ), schola primum instituta,  
in Italia primos habuerit discipulos ac suæ sectato-  
res doctrinæ, quæ ex Italia in alias terræ partes  
deinde emanavit a). Fuit is PYTHAGORAS, *Sami*,  
quæ insulis Sporadibus annumerabatur, natus, tem-  
A  
pori-

---

a) Ἐκαλεῖτο μεν ή Ἰταλικη φιλοσοφια ἀπο Πυθαγορε, ὅτι τα  
πλεῖσα κατα την Ἰταλιαν διετρέψε. DIOGENES LAERTIUS  
De vitis - - - clarorum Philosophorum, in Praef. pag. 10.  
Ed. MEIBOMII. Ή δε τετων (πυθαγορειων) αἰρεσις Ἰτα-  
λικη προσηγορευθη, δια το του Πυθαγοραν εν Ἰταλια σχο-  
λασαι. PLUTARCHUS de Placit. Philosophor. Lib. I. C. 3.

poribusque *Polycratis Tyranni florens b)*. In hoc, quid efficere valeat, experta fuisse videtur natura. Namque ἐυμορφωτατος τε τῶν πωποτε ἴστορηθεντῶν, teste JAMBЛИCHO c), ηγι θεοπρεπεστατος, solo sui adspectu omnes, quotquot ipsum intuerentur, obstupefecit. Sed & qualem eum esse quisque suscipietur, talis revera fuit d). In omnibus scil. vitæ par-

---

Cfr. CICERO, *Quæst. Tusc.* L. IV. Cap. 1. L. V. Cap. 4, & JOANNIS SCHEFFERI de *Natura & Constitutione Philosophiae Italicae* s. *Pythagoricæ Librum eruditissimum*, Cap. II.

b) Μετεῖη γαρ ἀπὸ Σαμιού τῆς πατρίδος, τῇ πολυκράτει τυ-  
ραννιδὶ δυσαρέσεσσας. PLUT. l. c.

Et fuit hic ortu Samius, sed fugerat una  
Et Samon & dominos, odioque tyrannidis exul  
Sponte erat — — .

OVIDII *Metamorph.* Lib. XV, 2 in.

Cfr. JAMBЛИCHUS: *Vita PYTHAGORÆ* Capp. VII, XVIII, pp. 47, 90. Ed. ARCERII; DIOG. LAERTIUS, L. c. Lib. VIII. Segm. 3 & MENAGIUS ad h. l. JUSTINI *Historia-  
rum* Lib. XX. Cap. IV, SCHEFFERUS l. c. JAC. BRÜCKER *Historia Critica Philosophiae*, Tom. I. p. 994 & CHRISTOPH. MEINERS *Geschichte des Ursprungs, Fortgangs und Ver-  
falls der Wissenschaften in Griechenland und Rom*, B. I.  
Buch 3. Cap. 2.

c) De *Vita PYTHAGORÆ* Lib. I, Cap. II, p. 29, sq. Cfr. Cap. V, ubi narrat, ut sapientia, ita pulchritudine atque majestate quadam adhuc anno ætatis suæ LVI virum emi-  
nuisse; & DIOG. LAERT. l. c. S. 11.

d) Τν τε γαρ ὄψιν νυν οἷον ἔξεπλαγη τις ἀν idōν. Καὶ καὶ  
ὑπονοεῖ εἶναι τοιότον, οἷος ὡς ἀληθῶς ἦν. JAMBL. l. c.  
C. VIII, p. 43. Cfr. DIODOR. SIC. *Bibl. Hist. Exc.* Ed.  
WESSELING T. II, p. 554.

partibus frugi & temperans, temporisque dispensator quam parcissimus e), firmam corporis sanitatem animique puritatem sibi comparaverat, atque ingenii dotes, quibus supra alios emineret, virtutesque ita excoluerat, ut illas *Pherecydes*, *Anaximander*, *Thales*-que admirarentur f). Quibus accesserunt erga bonos comitas & mansuetudo summa, contra malos invicta fortitudo, ac mentis, quam nec vultus instantis tyranni, neque aliud, vel maxime horrendum quid, quatere valeret, solidæ indicia: in dicendo mira suavitas leporque ac vis, nec non morum denique rigor & sanctitas singulare

A 2

ris

e) Ὡφεληθεις δὲν παρε Θαλεῳ, τε τε αὐλαι, καὶ χεονε  
μαλισα φειδεδαι: καὶ χαρι τετε διοποσια τε καὶ πρεω-  
φαγια καὶ ἐτι προτερου πολιφαγια ἀποταξαμενος, τῇ δὲ  
τῶν λεπτῶν καὶ ἐναναδοτων ἐδωλή συμμετηθεις, καὶ τετον  
σόλιγουπιναν καὶ ἐπαγριαν καὶ ψυχῆς καθαροτητα κτησα-  
μενος, ὑγιειαν τε αἰριβεσατην καὶ απαρεγκλιτον τὴ σωμα-  
τος. JAMBL. I. c. C. III in.

f) Καὶ παραγενομενος προς ἐκαστον αὐτῶν αὐτα μερος, οὐτως  
ώμιλητεν, ὡς παντας αὐτον ἀγαπᾶν, καὶ την Φυσιν αὐ-  
τοῦ θαυμαζειν. — Καὶ δη καὶ ὁ Θαλης αἴσμενον αὐτον προ-  
σηκατο, καὶ θαυμασας την προς αἴλους γεον παραλλαγην,  
ὅτι μεζων τε καὶ ὑπερβεβηκυια ἢν την προσφοιτησαν οὐτι  
δοξαν, μεταδους ὅσον ηδυνατο μαθηματων, το γῆρας τε το  
ἐκαυτοῦ αἰτιασαμενος - - - οὐ μην τοσουτων γε προτερημω-  
των, ὅτε Φυσικῶς, ὅτε ὑπ αἰσκησεως ἐτιτευχεναι ἔαυτον  
ἐλεγεν, ὅσου τον Πυθαγοραν. Διο σοφος παρε τοις πολ-  
λοις νομιζεται. JAMBL. I. c. C. II. p. 31, 32.

ris g); Hinc factum, ut PYTHAGORAM audientes,  
de rebus gravissimis φιλοστοργοτata ἐκαστον ἀναμη-  
μνη-

g) Και τοῖς μεν δικαιοις καὶ ἡμεροις πρῶτον ἔσευτον παρεχων  
καθηγεμονα, τοῖς δε ἀγρίστας ἀνδρεας καὶ υβριστας ἀπολαυ-  
νων τῆς ὄντος και μη θεμιτευν τοτοις ἀπαγορευων, και  
τοῖς μεν συναγονιζομενος προδυμῶς, τοῖς δε παντι σενες ἐγ-  
σαμενος . . Ότε γαρ ὑπο Φαλαρίδος τε ὠμοτατε τῶν τυ-  
ραννων κατεκέτο, και συνεμίξεν αὐτῷ σοφος ἀνηρ, Υπερ-  
βορεος το γενος, Ἀβάρις τενομα ἀντός, . . τε ἡρωτηο —  
περι ἀγαλματων και τῆς σπιωτατης θεραπειας, και τῆς  
τῶν θεῶν προνοιας, τῶν τε κατ' ὄντων, και τῶν περι  
την γὴν περιτρεφομενων, ἀλλα τε πολλα τοιαυτα επυδετο.  
Ο δε Πυθαγορας, διος ἦν ἐν θεοῖς, σφοδρα, και μετ' ἀλη-  
θειας πασης απεκρινατο, και πειθες, ωρε προσαναγεθαι  
τοις ἀκροντας . . . Ει γαρ ἐν ἀντοις μεσοις ἐμβεβηκῶς  
τοις δενοῖς, σαθερᾶ τῇ γνωμῃ φιλοσοφῶν ἐφανητο πανταπασι  
παρατεταγμενος, και εἰ προς αὐτον τον επαγοντα τοις κιν-  
δυνας ἐξστια και παρεστια χρωμενος ἐνδήλος ἦν, παντως  
που καταφρονητικῶς εἶχε τῶν νομιζομενων εἶναι δεινῶν, ως  
δὲν ἀξιων οντων και ή τοῦ θανατος πρεσδοκωμενος, δόσα γα  
δη τα ανθρωπινα, ὀλιγωρει τετα πανταπασι, και όντι ἦν  
προς τη παρουση τοτε προσδοκια δῆλον δηπουθεν, ως ἐιλι-  
κηνῶς ἀδειης ἦν προς θανατον. JAMBLL. I. c. C. XXXII,  
p. 183, sq., 187. Laqueo vitam mox finivisse juvenem,  
a PYTHAGORA reprehensum, auctor est PLUTARCHUS de  
disc. adul. Θ amici. T. III p. 177. Cfr. BRÜCKER I. c. p. 1017.  
Διοπερ ἔτι και νυν ή παροιμια, τον ἐκ Σαμας Κομητην ἐπι-  
τῷ σεμνοτατῳ διακηρυττει. JAMBLLICH I. c. C. VI. pag. 44.  
(Cfr. intra Not. ss). Πολλα μεν και ἀλλα τῆς προς θεος  
οσιας ἐχομενα ἐγγα διεπραξατο, συμφωνον ἔσευτο του Βιον  
τοις λογοις ἐπιδεικνυων. I. c. Cap. XXIX. p. 157.

μνησκοντα *h*), videntes, quæ pauci mortalium valent, efficientem *i*), discipuli tanta prosequeruntur

ve-

*h) JAMBL.* l. c. Cap. VII. p. 47. Πολιτεία δε ἡ Βελτιζη καὶ ὄμοδημια καὶ κοινὰ τὰ Φιλῶν, καὶ Ἐρησκεῖα Θεῶν, καὶ ὅσιοτης προσκατοχομενη, νομοθεσία τε καὶ Φεδώ τῶν ἀλλων ζωῶν, καὶ ἐγκρατεῖα καὶ σωφροσύνη καὶ ἀγχινοία καὶ θεστης, καὶ τα ἀλλα ἀγαθα, ὡς ἐν ὄντατι περιλαβεῖν, ταυτα πάντα τοῖς Φιλομαθῶσιν ἀξιεράται καὶ Φιλοσπουδασαται δι αὐτον ἐφανη. *JAMBL.* l. c. C. VI. p. 45. PYTHAGORAM sistit idem Author præclare docentem περι προνοίας θεοῦ, πάντων κυρίων, τῶν κακῶν ἀντιτίθει: περι καλῆς τὸς συμπαντος θεαντὸς θεας, καὶ τῶν ἐν ἀυτῷ Φορεμένων αἰτερῶν ταξεως: περι τῆς ἐν τῇ ψυχῇ ἀντεξετίθεται δυναμεως: περι τῆς τε λογιας καὶ τῆς νόη τελετας ἐνεργειας: περι τῆς θεῖς ὄμρατος, κρειττονος μυριων σαρκινῶν: περι τῆς Φιλοσοφίας, ἐπιτιμης τινος, τῆς περι των καλων πρωτων καὶ θεϊαν καὶ αἰκηρατων. καὶ αἱ κατα αἵτα καὶ ὥσπερτων ἔχονται τῆς συντετροπης προς την τῶν ἀνθρωπων ἐπανορθωσιν: τοῖς πολιτευομενοις οὐ — δυσαρεστεῖν, ἀλλα τες ἀκροντας ὀφελεῖν, Φιλιαν δε πάντων προς αἴπαντας, & in universum τῆς ἀληθινῆς ἀντεχομενον ἐνδοξιας ἑκαστον, ἐκαι τοιστον, δῖος ἀν βελοιστο φαινεθαι τοῖς ἀλλοις: p. 57, 64, 65, 76, 184, 185, 191.

*i) Ἀνεῖλε δε ἀρδην σασιν καὶ δίχοφωναν, καὶ αἰπλῶς ἐτεροφροσύνην, & μονον ἀπο των γνωριμων καὶ τῶν αἰπογονων δε ἀντῶν μεχρι πολλῶν, ὡς ἵζορειται, γενεῶν, ἀλλα καὶ καθολον ἀπο τῶν ἐν Ἰταλιᾳ, καὶ Σικελιᾳ πολεων πασῶν, κατα τε ἑαυτας καὶ προς ἀλληλας. JAMBL. Cap. VII, p. 46. Chr. C. XXXII. p. 187. Ipsius monitu concubinas & pellices dimiserunt Crotoniatæ: consecutusque, ait JUSTINUS l. c., disputationum assiduitate erat, ut matronæ auratas vestes, ceteraque dignitatis suæ ornamenta, velut inetrui-*

veneratione, ut gravissima subire tormenta, & vel mori malent, quam ab ejus præscripto vel latum unguem discedere *k*), itemque alii, ipsum incredibiliter admirati, Divis ex seculi more annumerarent *l*). Neque aliud est insignis, quo emineret PYTHAGORAS, meriti documentum aliud illustrius, quam ipsa, cuius auctor fuit Schola.

Hanc

---

menta luxuriæ, deponerent; eaque omnia delata in Junonis ædem ipsi Deæ consecrarent, præse ferentes, vera ornamenta matronarum pudicitiam, non vestes esse, V. JAMBL. l. c. Cap. IX, p. 58. Cap. XXVII, p. 125. Cap. XXXI, p. 169.

*k*) V. l. c. C. XXXI, XXXII, p. 189. Vivum non aliter, quam τὸν θεῖον, mortuum ἐκεῖνον τὸν αὐδῆα PYTHAGORAM designare soliti sunt Pythagoræ: l. cit. Cap. X, pag. 60. C. XVIII, p. 91. C. XXVIII, p. 138. C. XXXV, p. 213.

*l*) V. JAMBL. l. c. C. II, p. 28, 29, 30 sq. C. VI, p. 43. C. XXVII, p. 126. C. XXVIII, p. 131. Cfr. DIODOR. l. c. DIOG. LAËRT. l. c. S. 11. ÆLIANI Var. Hist. Lib. II. C. XXVI. Μεταποντίνοι γε, ait DIOG. L. S. 15, μην τὴν ὄμιαν αὔτῳ Δημητρος ιερον ἐκαλεύ. Cfr. JUSTINUS l. c. Similiter & de legislatoribus, e Schola PYTHAGORÆ profectis: Charonda, Zaleuco, Timarato, Theateto, Helicæone, Aristocrate & Phytio dicitur: οὐτοι πάρα τοῖς αὐτῶν πολιταῖς λοοδεού τιμῶν ἐτυχού, & de Zamolxi, Getas immortalitatem animi fortitudinemque, vel in mortis articulo æque ἐνωψιον, docente, ac legibus muniente]: μεγιστος τῶν θεῶν ἐσι πᾶς αὐτοῖς. lib. cit. Cap. XXX, p. 154, sq. Cfr. Cap. XXVII, pag. 122 sq.

Hanc quidem Scholam inter sapientissima & maxime sublimia, quæ umquam viderit mortalium genus, instituta fuisse, examinata indele ejusdem & tenore, pronuntiat doctissimus rerum, ad priscam Græcorum, crassis obvolutam tenebris, philosophiam pertinentium, scrutator CHR. MEINERS m). Sodales foederis præclari singulos amicitiae vinculo conjungens arctissimo n), in eo curam posuit summam, ut honestati, ab omni fuko alienæ, deditus, non tam sua, quam aliorum spectans commoda, illis, quæ ad promovendam multorum salutem, mores Civium emendando, juraque eorum legibus firmando sapientibus, conferrent, præcipuam socius quisque daret operam & conjunctim omnes ultimis studerent viribus.

Apicem totius Philosophiæ Italicae theoreticam ejus partem constituit Cel. BRÜCKER o): quod vero eo

m) Lib. cit. Band I, p. 403.

n) Cujus nobile, ex ARISTOXENO, exemplum, Damonis & Phintiæ affert JAMBЛИCHUS, Cap. XXXIII, p. 197 sq. Sequentibus eximia, quæ ignotis etiam & numquam visis sodalibus exhibere soliti fuerunt amicitiae officia varia memorat; divinum addens, quo semet invicem adhortarentur amicitiae symbolum, μη διασπᾶν τον ἐν ἑσυτῖς Θεον; ὅνκου ἐις Θεοράσιαν τινα, καὶ την προς τον Θεον ἔνωσιν, καὶ την τῷ νῷ κοινωνιαν, καὶ την τῆς Θεας ψυχῆς ἀπεβλεπον αὐτοῖς ή πατα τῆς φίλιας σπουδη, δι' ἐργῶν τε καὶ λογῶν p. 201. Cfr. DIODOR SIC. Exc. l. c.

o) l. c. p. 1073.

eo minus nobis arridet, quo certius constet, infra ulterius ostendendum, non quidem otiosos, in rerum cogitatione abstrusarum defixos, contemplatores formare, insignia ejus merita non ut par est nobis aestimare BRÜCKERUS videtur, PYTHAGORAM voluisse; verum id potius imprimis curae sibi habuisse, ut viri, ad humana quævis animo æquabili generosoque excipienda semper parati *p*), atque ad sancta, quæ tam publica, quam privata hominum inter homines conjunctio nobismet colenda injungunt, officia, non ficte, sed vere, neque poenarum timore, verum suimet ipsius verecundia quisque ducti, conservanda apti, adeoque politici & Reipublicæ administrandæ periti, immo, quales haud pauci Pythagoræorum fuerunt, Legumlatores *q*), e

Schola

*p*) Pythagoræis, JAMBLICO teste, erat τετο ἐις γενναιοτητος ἔρμα, το πεπειθαι, ὃς ὅδεν δεῖ τῶν ἀνθρωπινῶν συμπτωμάτων ἀπροσδοκητὸν ἔναι παρα τοῖς νῦν ἔχουσιν, ἀλλα πάντα προσδοκῶν, ὃν μη τυγχανόντιν ἀυτοὶ κύριοι ὄντες. Cap. XXXII, p. 189. Hocce idem Cap. XXXI, f. 170 totidem verbis legitur παραγγελμα.

*q*) Ἡσαν ἐνιοι τῶν Πυθαγορεῖων πολιτικοι καὶ ἀρχικοι καὶ γαρ νομες ἐφιλαττον, καὶ πολεις Ἰταλικαι διωκισαν τινες, ἀποφαινομενοι μεν καὶ συμβιβλευοντες τα ἀξια, ὃν ὑπελαμβανον, ἀπεχομενοι δε δημοσιων προσοδων. Πολλῶν δε γινομενων κατ' αὐτῶν διαβολῶν, ὅμως ἐπεκρατει μεχρι τινος ή τῶν Πυθαγορεῖων καλοκαγαθια καὶ ή τῶν πολεων αὐτῶν Βελησις, ὡς' ἐπ ἐκεινων ὀικονομειδαι βελεθαι τα περι τῆς πολιτείας. Ἐν τετω δε τω χρονιο δοκεσιν αἱ

Schola sua exirent. Quocirca & omnium in universum hominum ita disponi voluit negotia, ut ætati suæ convenienter occupatus quisque, ad communis consulendum utilitati quam aptissimus redideretur r).

Verissime observat Cel. MEINERS s), nihil, quod in homine natura inchoaverit, a PYTHAGORA  
B neg-

καλλιστῶν πολιτεῶν εν Ἰταλίᾳ γενεθαὶ καὶ ἐν Σικελίᾳ.  
Sequuntur nomina Virorum in nota precedenti l) enumera-  
ratorum, excepto Zamolxi, omnium. In eo autem discre-  
pant hæ cathalogi, ut Timaratus, Thæætetus & Helicaon  
heic dicantur Timares, Theocles & Elicion. Όλως δε  
ἔμετην αὐτοῦ γενεθαὶ φασι καὶ τῆς πολιτικῆς ὅλης παι-  
δεῖας: JAMBL. Cap. XXVII, p. 122 sq. Νομοθεταὶ παι-  
τῶν ἀριστοὶ γεγονασιν οἱ Πυθαγοραὶ προσελθούτες. I. c. Cap.  
XXX, p. 154. Cfr. DIOG. LAERT. I. c. 3.

r) Ἐπιμελητεον δε παισις ἡλικιας ἥγεντο, καὶ τες μεν πά-  
δεις ἐν γεαμμασι καὶ τοῖς ἄλλοις μαθημασιν ἀσκεῖσθαι: Τες  
δε νεανισκες τοῖς τῆς πολεως ἔθεσι τε, καὶ νομοις γυμναζε-  
θαι: τες δε ἀνδρεις, ταῖς πραξεσι τε καὶ δημοσιαις λειτερ-  
γιαις προσεχειν: τες δε πρεσβυτας, ἐνθυμησει, καὶ κριτ-  
ριοις, καὶ συμβολαιαις δεῖν ἀναστρεφεσθαι. Πασις ἐπιτη-  
μης ἐπιλαμβανον, ὅπως μήτε οι παιδες τηπιασθοιεν, μήτε  
οι νεανισκοι παιδαριεινοιτο, μήτε ἀνδρες νεανιεινοιτο, μήτε  
οι γεροντες παραφρονοιεν. Δεῖν δε ἐφασκου ἐνθυς ἐκ παι-  
δῶν, καὶ την τροφην τεταγμενως προσφερεσθαι, διδασκοσσην  
ὡς ή μεν ταξις, καὶ συμμετρια καλη καὶ συμφορος, ή δε  
ἀταξια καὶ ασυμμετρια αισχρα τε καὶ ασυμφορος. STOBÆI  
Serm. XLI, pag. 254, Ed. Tig. 1543. Cfr. MEINERS,  
I. c. p. 439.

s) I. c. p. 403. sq.

neglectum fuisse; quin potius regularum, quas foederis sui sociis præscriperit, nullam non eo tene-  
disse, ut diversæ, tam corporis vires, quam animi  
facultates æquabiliter omnes excoolerentur.

Et quoniam, similiter atque oculus lippiens lucida  
intueri non sustinet, animus pariter, virtute non  
ornatus, pulchritudinem veritatis cernere non valet;  
iccirco perturbationem & torporem, quæ in nobis  
insunt, primum extirpanda esse, judicavit, efficien-  
dumque, ut a cupiditatibus puri, & ab omnibus,  
quæ mentem corpori affigant adstringantque, liberati,  
mutationes, perpessiones & mala quævis æquo ex-  
cipiamus animo indomitoque *f).* Atque ad ipsam  
hanc,

---

Ὕπερ τοῦ γαρ δεῖ ταξσει την ἐν ήμιν ἀλογίαν τε καὶ διδυ-  
μίαν. Ωσπερ γαρ ὁ φθαλμῷ λημῶντι, καὶ ἐκαθαριμένῳ  
ταῖς σφρόδεαι φωτιναὶ ἰδεῖν ἔχοντες οὐτως καὶ ψυχὴ μη  
εἰρητην πεπτημένη, το τῆς ἀληθείας ἐνοπτρισαθαι καλλος.  
*HIEROCLIS in Carmina aurea Pythagoreorum commentarius.*  
p. 5. Paris 1583.

Μεγίστου δὲ παντων προς ἀνδρεικήν παραγγελμάς εἶναι,  
το σκοπού προθεδόται τον κυριωτατον, δυσασθαι καὶ ἐλευθε-  
ρώσαι τῶν τοσστων ἐργυμῶν καὶ συνδεσεων τον κατεχομενον  
ἐκ βρεφῶν νῦν, & χωρὶς ὑγιεις ὄντεν αὐτὸν τις ὄντες ἀληθες το  
παραπταν ἐκμαδοι - - ως μῆτε τῶν σωματων ἀφισαμενον  
εποδειλιᾶν, μῆτε προς τα ἀσωματα προσαγομενον ὑπὸ τῆς  
λαμπροτατης αὐτῶν μαρμαρυγῆς ἀποσρεφεσθαι τα ὄμρα-  
τα, μῆτε προσηλαυνταν τῷ σωματι την ψυχην παθηματων,  
καὶ προσπερονοντων ἐπιρρεφεδαι. Ολας δὲ αἵδαματον εἴνεις

hanc, quam quasi album, in quod hominum cuiusque sit jaculandum, proposuit, & quæ cum mansuetudine, non erga homines *ſe*) modo, verum

B 2

&amp;

*προς πάντα γενεσιθέγονα καὶ παθημάτα.* JAMBL. I. c. Lib. I Cap. XXXII, p. 192. Cfr. Lib. II. c. XIII & SCHEFFERUM I. c. p. 52, ubi locum affert PORPHYRII, ostendentem, hanc ipsam ab externis libertatem Philosophiæ Pythagoricae fuisse scopum.

*ſe*) Miram animi tranquillitatem Pythagoræ fuisse, testatur JAMBlichus I. c. Cap. II, p. 30: Ὡντε, inquit, ἐλαῖες ή ἐπραττεν ἐνδιαί καὶ ἀμιμητω τινι γαληνῃ, μητε δέγη πωποτε, μητε γελωτι, μητε ζηλω, μητε φιλονεκια, μητε ἄλη ταραχη ή προπετεια, ἀλισκομενος. Ως δε δαιμων τις ἀγαθος ἐπιδημῶν. (Cfr. supra Not. g). Hanc præcipue respexit in discipulis mansuetudinem. Ἐπεσκοπει γαρ πᾶς ἔχος Φυσεως προς ἡμερωσιν. Ἐκαλει δε τότο καταρτυσιν. Πολεμιου δε ἡγεῖτο την ἀγριοτητα προς τοιαυτην διαγωγην. Ακολαθεῖν γαρ ἀγριοτητα αἰνιδεαν, αἰνισχυτιαν, αἰσλασιαν, αἴνυσιαν, δυσματιαν, αἴναρχιαν, αἴτιμιαν καὶ τα αἰολεθα. Πραοτητα δε καὶ ἡμεροτητα τα ἐναντια I. c. C. XX, p. 96. Puis solis numina favere: arcendam, ut e familia & privata conjugione quavis, ita & e republica omnem asperitatem: justitiam lenitatem temperatam præcipuum Imperantis esse ornamentum: civem nil, nisi obsequium, Magistratui præstitum, decere, admonitionem quamvis, παιδαρτασι dictam, comitate esse condierat: dolorem, iram, ambitionem, verbo cupiditatem, & desiderium quodvis esse compescendum, docuisse Scholam Italicam, testatur JAMBlichus, I. c. p. 57, 61, 101, 156, 170 sq. 175, 193 — 197; nobile, p. 171, afferens exemplum, ut iram injuria lacesiti concoquere solerent Pythagoræi.

& animalia plantasque semper æquabili *t*), conjungi debuit, fortitudinem gignendam, quæ instituit, omnia spectabant Scholæ Italicæ exercitia *tt*).

Mente scil. perspectum sibi habens, omnia & singula, ad rerum pertinentia universitatem, scite composita sibi invicem aptissime convenire, quin & boni nomine quid demumcumque venire possit, id omne harmonia constitui, *u*); ea excogitare studuit, quibus tam animi, quam corporis optime pellerentur mala, quæ impediant, quo minus, quemadmodum ab initio fuerint, cernenda se præbeant inter facultates humanas concentus & conspiratio *v*).

Si-

'Οργιζομενος τε ait DIOG. LAERT. I. c. S. 20, ὅτε ὀπετην ἐκολαζεν, ὅτε ἐλευθερον. Ἐκαλες δε το νθετειν πελαργαν.

*t*) Ωσσαυτως δε και ζωων ὁ μη πεφυκε βλαβερον τῷ αὐθεωπινῷ γενει μητε βλαπτειν μητε φειρειν. - - Ήμερον φυτον μητε βλαπτειν μητε φειρειν. JAMB. I. c. Cap. XXI, p. 99 sq. Cfr. Cap. XXIII, p. 106.

*tt*) Η γαρ δια τητων παντων γυμνασιος και ανοδος τῆς τελεοτατης ἀνδρειας ἦν ἐπιτηδευσις. I. c. Cap. XXXII, pag. 192 sq.

*u*) Η τῶν ἀριθμῶν τε και λογων φυσις δι αἰπαντων διαθεσσα, καθ' εσ τα παντα ταυτα συντετακται τε ἐμμελῶς και πεκοσμηται πρεποντως JAMBЛИCH. Cap. XII, p. 65. Την τε αἱρετην ἀρμονιαν ἔιναι, και την ύγιειναν, και το αἱραθον, αἴπαν, και τον θεον. διο καθ ἀρμονιαν συνετακαι τα ὄλα. DIOG. LAERT. I. c. S. 33.

*v*) ΑΦ' ὧν τροπων τε και παθῶν αὐθεωπινῶν ιασταις ἐγνωντο, ἀρμονιαι τε τῶν τῆς ψυχῆς δυναμεων, ὡσπερ εἶχον απ' αἱχῆς